DIGESTVM NOVVM

SEV

PANDECTARVM IVRIS CIVILIS

Tomus Tertius,

CVM LECTIONVM FLORENTINARVM VARIETATIBVS,

diligentiùs quàm antea, in margine appoſitis:

Poſt ſanè ACCVRSII *Commentarios*,

CONTII Scholia, CVIACII Paratitla, DVARENI, aliorumq́ue Clariſſimorum I. C. Additiones,

Nunc recens IACOBI ANELLI *de* BOTTIS, *&* AVGVSTINI CARAVITÆ, *Regiorum in Regno Neapolitano Conſiliariorum*,

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRATVS.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

VENETIIS, M.DCVI.

Sub Signo Aquilæ renouantis.

INDEX TITVLORVM DIGESTI NOVI.

Secundum ordinem alphabeti.

A

ABigeis, colum. 1587. nu. 30
Acceptilationibus. 1360. nu. 10
Accuſationibus, & inſcriptionibus. 1613. in prin.
Acquirenda vel amittenda poſſeſſione. 457. nu. 10
Acquirendo rerum dominio. 411. nu. 50
Actionibus & obligationibus. 988. nu. 30
Ademptione libertatis. 323. in prin.
Ad legem Corneliam de falſis. 1698. nu. 20
Ad legem Corneliam de ſicarijs, 1688. numero 10
Ad legem Flauiam de plagiarijs. 1732. in princip.
Ad legem Pompeiam de parricidijs. 1695 nu. 10
Ad legem Iuliam maieſtatis. 1636. nu. 20
Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis, & ſtupro. 1640. nu. 60
Ad legem Iuliã de vi publica. 1681. nu. 30
Ad legem Iuliam de vi priuata. 1685. numero 50
Ad legem Iuliam repetundarum. 1720. in princip.
Ad legem Iuliam de annona. 1723. nu. 20
Ad legem Iuliam peculatus. 1724. nu. 10
Ad legem Iuliam de ambitu. 1731. nu. 10
Adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium. 2028. nu. 50
Ad municipalem, & de incolis. 1958. numero 10
Ad Senatuſconſultum Turpillianũ. 1735. nu. 10
Albo ſcribendo. 1993. in prin.
An per alium cauſę appellationis reddi poſſint. 1854. in prin.
Appellationibus & relationibus. 1815. numero 40
Appellationibus recipiendis vel non. 1846 nume. 10
Apud eum a quo appellatur, aliam cauſam & cæt. 1857. nu. 10
Aqua pluuia arcenda. 116. nu. 10
Aqua quotidiana & æſtiua. 819. nu. 30
A quibus appellare non licet. 1836. nu. 10
A quo appellet quis. 1837. nu. 20
Arboribus cædendis. 883. nu. 50
Arborum furtim cæſarum. 1513. nu. 30

B

BOnis (alias rebus) authoritate iudicis poſſidendis. 656. nu. 10
Bonis damnatorum. 1297. nu. 40
Bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt. 1803. nu. 30

C

CAdaueribus punitorum. 1814. nu. 50
Captiuis, & poſtliminio reuerſis. 1900 in prin.
Caſtrenſi peculio. 1942. nu. 10
Cenſibus. 2059. nu. 40
Ceſſione bonorum. 641. in prin.
Cloacis. 839. nu. 50
Collegiis & corporib. illicitis. 1599. nu. 40
Colluſione detegenda. 409. nu. 40
Conceſſionibus. 1586. nu. 50
Confeſſis. 635. nu. 10
Crimine expilatę hęreditatis. 1594. nu. 50
Crimine ſtellionatus. 1596. nu. 30
Curatoris bonis dando. 688. nu. 50
Cuſtodia & exhibitione reorũ. 1628. ĩ prin.
captiuis & poſtliminio reuerſis. 1900. nº 10

D

DAmno infecto. 39. in prin.
Decretis ab ordine faciendis. 2036. nu. 30
Decurionibus, & eorum filiis. 1983. nu. 20
Diuerſis & temporalib. prẹſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum. 940. nu. 40
De diuerſis regulis iuris antiqui. 2144. nume. 20
Doli mali et metus exceptione. 952. ĩ prin. & nu. 10
Donationibus. 170. in princ.
Donationibus mortis cauſa & capionibus. 197. in princ.
Duobus reis ſtipulandi, & promittendi. 1162. nu. 60. & 70

DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE.

* Vnde Alcia. lib. diſpu. j. i. pro gau. redditionem partitionis librorum.

Sed cum vij. ſint partes Digeſtorum, & vj. incipiat 2. de bon. poſ. vij.] de uerb. obl. unde * eſt qđ incipit hic hoc uolumen, & nō in prin. alicuius partis, ut C. de uet. iu. enu. l. 2. §. ſed cum omnia? Reſp. quia bono. poſſ. attinet ſupradictis titulis ante bonorum poſſeſſiones. ſ. uſque ad tit. de legatis; ideo melius cum precedentibus ſunt coniunctæ. Infra de uer. bo. oblig. non incipit; quia nimis parum remaneret de hoc uolumine. ſed hic ſi diuerſa eſt materia à prædictis; in hoc tñ eſt affinis, quia ſicut ſuperius tractat de iure pretorio, ita hic, ſ. eodē modo: ſed non in eundē modū. Accu.

† In hunc titulum de noui operis nunti. uide Franc. Du. l. 1. diſput. c. 16.

ADDITIO. Quærit hic Bartol. quare hic liber dicatur, & denominetur digeſtum nouum? Rñ. ꝙ dictio, nouū, uarijs modis capit. Qñq; enim appellatur nouū, i. ultimū, ut l. antica. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. & l. nouiſſima.] iudi. ſol. & l. nouiſſime.] qđ ſal. mauch. & ſic tria ſunt uolumina, & iſtud eſt ultimū. Qñq; appellat nouum ea ratione, quia interdicta denominant ā prima parte ſui, ut i interdicto qđ ui aut clā. ita hic, q̃a tractat de nouo opere, appellat Digeſ. nouū. Qñq; appellat iniquū, ut l. 1. in prin.] qđ quiſq; iu. & sō hic dicit nouū. i. iniquum. puniēs iniqua. Vltimo dic. & melius ſm Ray. & Raph. hic ꝙ iſta ſunt noīa magiſtralia inuenta ab autoribus, q̃ imponuntur ad placitum: quorū diſputatio relinquitur pertinacibus l. 2. C. de conſt. pe. & in gl. in rub.] l. ſol. ma. Vltra prædicta de dictione, noui, uide bonā gl. in c. generali. in uerbo, de nouo. de elec. li. 6. quę ponit multas ſignificationes de dictione, nouus. item aliquid in l. admonendi, in uer. noua inſtrumenta.] de iureiu. ubi noua inſtrumenta dīr quæ ſunt antiqua, dummodo ſint de nouo reperta. ita etiā dicit tex. in l. ſub ſpecie. C. de re iud. uide & i l. tetius.] de ui. et. & oleo leg. ubi hī, qđ dicaſ uinū nouū & uetus, ſm Al. de Imo. hic.

DOMINI IVSTINIANI, SACRATISSIMI PRINCIPIS PERPETVO' AVGVSTI,

IVRIS ENVCLEATI, ex omni iure veteri collecti,

DIGESTORVM, SEV PANDECTARVM Liber trigeſimus nonus.

† De operis noui nuntiatione.

TITVLVS I.

Nuntiatio noui operis poteſt fieri etiam ei qui iure ædificat: hoc tamen reperto, debet nuntiatio remitti, quatenus iure ædificat: quia eatenus nuntiator ius nuntiandi non habet. *Paulus.*

Hoc edicto.] CASVS. Vlpian. Iuriſconſultus expoſiturus edictū Pretoris, qđ habes] e. l. Prætor ait. in prin. nūc de effectu illius edicti aliqua dicit: & caſū in hoc prin. ſic ponamus. Cū uiderē Titiū in aliquo ſolo ędificare domū, uel aliud opus nouū, & ego credebā me i illo ſolo ius habere, ut q̃a forte meū, uel aliquod aliud ius, per quod non poſſet me inuito ædificare: denuntiaui ei ne in illo opere procederet, dicitur quod denuntiatio tenet. & hoc eſt permiſſum ex Pretoris edicto, quod edictum habes inf. eo. tit. l. Prætor ait. in prin. Secundo conſulitur Titio, nā ſi vult in opere procedere, vadat coram iudice: & ſatiſdet de opere deſtruendo, ſi apparebit iniuſte ædificaſſe: ſic poſtea in opere procedere poterit abſque damno.

* Hoc autē. pro huius tit. intellectu dicit quod noui operis nuntiatio, eſt prohibitio ꝙ ædificanté in alterius uerum, uel apparens ſui dictū facta iuris ſui cōſeruādi cā, aut damni depellēdi, aut pub. iuris tuendi gratia.

¶ Hoc * autem edictum.] Nunc incipit dicere qñ locum habeat nuntiatio: & certè habet locum aduerſus opera quæ incipiunt fieri & nondum ſunt facta. nam ſi iam eſſent facta, non hoc edictum haberet locum, ſed poſſent habere locum interdicta ad deſtruendum, ut quod ui aut clam, vel interdictum ne quid in loco ſacro, ſi in ſacro loco eſſent facta.

¶ Nuntiatio.] Hic §. vij. habet partes. nam primo dicit, ꝙ ſi aliquis vult nuntiare nouum opus, non habet neceſſe, ꝙ propter hoc adeat iudicem. Secundo dicit, ꝙ nunciatio poteſt fieri etiam per procuratorem. Tertio dicit, ꝙ nunciatio poteſt fieri tempore feriato & non feriato. Quarto dicit, quòd nunciatio poteſt fieri etiam aduerſus abſentes & inuitos. Quinto dicit, ꝙ ſi ædificabas in fundo quem poſſidebam: & ego veni ad te & nunciaui tibi nouum opus: amitto ꝑ hoc poſſeſſionem fundi: & tu incipis poſſidere. Sexto dicit, ꝙ ſi nuntiaui tibi nouum opus, & tu ſpernēs nunciationem proceſſiſti in opere: certe quicquid operis feciſti poſt nuntiationem, debet deſtrui, licet tuū fuerit ſolū in quo ędificaueras. Septimo dicit, ſi ędificabas in ſolo, licet ignorem quod opus facere uelis, tamen nuntiare tibi poſſum opus nouum.

¶ Si poſt operis.] Nuntiaui tibi nouum opus, ſi poſtea concordemus nosmet, ꝙ procedas in opere, uel iudex hoc ſtatuit, in quem compromiſeramus ut in bonum uirum; certè ēmodo ſecure poteris in opere procedere.

¶ Opus.] Siue ædificas de nouo, ſiue detrahis de terra, puta foſſam faciendo in ſolo aliquo, poſſum nuntiare tibi nouum opus.

¶ Hoc autem edictū.] Nuntiatio locum habet, quando aliquod opus facis in ſolo. Sed quid ſi arborem fundi mei ſuccidas, uel ſimilia facias? certè non habet locum nuntiatio.

¶ Si quis ædificium.] Domum aliquam tu noſtram reficiebas; uolo denuntiare tibi nouum opus. quæritur an poſſim? Dicitur quòd non, quia non diceretis facere nouum opus, ſed uetus reficere.

¶ Siue autem.] Dicitur ꝙ ſi aliquod opus nouum facis, ſiue intra ciuitatem ſiue extra facias: poſſum nuntiare nouum opus: nec eſt uis, ſiue ſiat in publico loco, ſiue in priuato.

¶ Nūc uideamus.] dicit Vlpianus, ꝙ expedit uidere quibus ex cauſis ſiat nuntiatio. Item quæ perſonæ poſſint nuntiare. Item quibus nuntiandum ſit, ad hoc ut nunciatio teneat. Itē in quo loco habeat fieri nuntiatio, ad hoc ut valeat nuntiatio. Itē qđ cōſequitur ꝑ nuntiationē nuntians. de primo in §. nuntiatio, uſque ad §. uſufructuarius. & in §. illo incipit dicere de ſecunda parte uſque ad ſ. l. & in l. ſeq. & l. in ꝓuinciali. § ſi. cum l. ſeq. & in l. de pupillo. in prin. aliquid tractat. de tertio dicit] e. l. operis. & l. cuilibet. & in alijs legib. de quarto dicit inf. eo. l. de pupillo. §. nuntiationē. de quinto dicit inf. eo. Prætor ait. circa prin. & in alijs legib. huius tit.

¶ Nuntiatio.] Dicitur ꝙ ad hoc ut nuntiatio valeat, oportet quòd ſiat vna de tribus cauſis, nam aut nuntio cauſa iuris mei conſeruandi, aut cauſa damni depellendi, aut cauſa publici iuris tuendi. De primo dicit in §. nuntiamus. uſq; ad verſic. vel ut damni. & poſſunt dari duo exempla: ut quia ędificas in ſolo meo, vel ſi in tuo, debebas ſeruitutem altius nō tollendi. nam ſi in aliquo iſtorum caſuum nuntio nouū opus: dicor nuntiare cauſa iuris mei conſeruandi. in ver. vel ut damni &c. ponit exempla de ſecundo: ut ſi ædificabatur in ſolo publico uel priuato: ex quo ædificio timebam ruinam in quadā mea domo ibi vicina: nam poſſum tibi nuntiare nouum opus, donec caueas de damno infe. nam modo dicor nuntiare cauſa damni, quod timeo, depellendi. & de tertio incipit dicere in ver. aut ſi quid &c. uſque ad §. quod ſi quis. & ponit quatuor exempla. Primum, quando fit opus contra leges. Secundum, quando contra edicta Principum. Tertium, quando opus fit in loco religioſo, uel ſacro, uel publico: & da exempla ut ibi eſt notatum.

¶ Quod ſi quis in mari.] In hoc §. dicitur. ſi quis ædificet nouum opus in littore maris: & ego uelim ei nuntiare nouum opus: quæritur an poſſim? Et dicitur quòd non, niſi in caſu, ut ſi timeam in aliqua mea domo ibi facta ruinam: nam tunc nuntiare poſſum.

¶ Iuris noſtri.] Nunc dicit quæ perſonæ poſſunt nuntiare. & certè ſi opus ſiat in publico, nuntiat quilibet de populo. ſi in priuato, ille ſolus cuius intereſt: ut ille qui credit habere ius in ſolo in quo ædificatur; quia ſuum, uel aliud ius ſimile, quo inuito non poſſit ædificari.

¶ Vſufructuarius autem.] Cum haberem uſumfructum in fundo Titij: quidam extraneus puta Cornelius in illo fundo cœpit ædificare: uolo ſibi nuntiare nouum opus. quæritur an poſſim? Et reſpon. quòd tanquam dominus nuntiare non poſſum, quia dominus non ſum: ſed quia uertitur intereſſe meum, tanquam proc. nuntiare potero. datur mihi & alia uia, nam potero agere rei uendicatione pro uſufructu contra te ædificantem, & conſequar quicquid intereſt mea opus illud non eſſe factum. Franc. Accur.